

Petrus Daemus na G. Ch.

De Wal, IV

12 v. (1619)

Circa idem tempus D. Petrus Daemus professor Sonus
hirae ad maiorem Cartusiam se contulit impe-
trata licentia a R^{do} Patre, et viatico a Parente
suo, qui est dives et nichylus civis ac Mercator
Antverpiensis qui et insuper promisit pecuniam
pro honesta sustentatione filii sui quamdiu
in Cartusia esset commoraturus; zelo ordinis
adductus fuit ut ad primariam domum se
conferret sed si velit verum fateri non tam
discendi quam docendi studio, nam iam pro
reformatione ordinis librum composuerat quem
cum R^{do} Patre volebat conferre; et existimabat
R^{bum} Patrem sua opera et consilio novurum.
Sed quod Visitatores ei predixerant, evenit.
R^{bus} enim Pater D. Bruno nimis sibi suffi-
ciens erat quin e contra dedit illi duo Prae-
ceptores, unum qui doceret eum cantum, al-
terum qui instrueret in ceremoniis, ut qui
Magister hic fuerat, discipulus ibi esse cogere-
tur. Mirum aliquem ibi non repertum qui ad
utrumque docendum idoneus invenitus fuerit.
Sic D. Daemus facile omnes praetensiones ^{suas} dere-

quod non in opinione sua sustinenda pertinax
(quod timebatur) facile se moribus francicis
se confirmavit ad quos ex se satis propensus
oblitus simplicitatis Provinciae quam visitari
curavit.